

uolaticus, a, um. adi. ETYM a uolatus siue uolare. DLAT uolatica. DROM fr. volage 'leuis siue uarius'. [FREQ minima 29^{indicia} 1,7^{/d.c.m.} 205 PLAUT] uocabulum scriptis litterariis argumentando narrando, dramaticis aptum, interdum uersu, usibus mediis et quotidianis; inde ab initiis apparet, in fine Antiquitatis paulo abundantius; principio sicut uolatilil interpretari potest, postea ab eo in eo differt, ut magis mentem hominis praecipitem insanam ostendat, quod a saec. II ec. in APUL Met 5.31.2. coniectatur, postea a Christianis saepe usitatum, adeo ut quasi ad uolitare pertinere credas; quae omnia a ueloci transitu eius qui uolat prouenit^{Forc.}

VARIATIO OPERUM		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
	argumentalis	18	2,4
	dramatica	3	6,8
	exponens	1	0,34
	narratiua	7	1,3
DIACHRONICA	III-II aec.	3	7,5
	I aec.	2	0,72
	I-II ec.	5	1,3
	III-V ec.	21	2,2
DIAPHASICA	media	26	1,8
	quotidiana	3	5,2
DIASTRATICA	litteraria	28	2
	technica	1	0,36
MODUS	prosa	26	1,7
	uersu	3	1,5

¶ **a qui uolat siue uolans** • volador [SIM ↗uolatilil^a] 205 PLAUT Poen 473. sexaginta milia hominum uno die uolaticorum manibus occidi meis. 475. opsecro, usquam sunt homines uolatici? 125 APUL Met 8.16. Pegasus ... uolaticum ac ... pinnatum. 180 HYG Fab 141.1. Sirenes ... quod Proserpinae auxilium non tulerant, uolaticae sunt factae. 300-400 EPIT Alex 18. admiratus est, quasi Alexander in exercitu homines uolaticos haberet. 📖 GLOSS 5.601.29. Harpyiae uirginis uolaticae.

quasi demens interdum inuenitur • en ocasiones, se tiñe de insensatez, como 'enajenado' 125 APUL Met 5.31.2. Psychen illam fugitiuam uolaticam mihi requirite. como loca o desvariando

in fine Antiquitatis ad res quoque pertinuit • se aplicó también a cosas 313 PANEG Constant f 5.3. Parthorum arma uolatica. 397-401 AUG Conf 7.8.6.1. arborum uolatica folia.

b1 leuis seu inconstans • volandero o inestable [REL ↗leuis^e] 56 CIC Har resp 47. furentis ac uolaticos impetus in se ipsos posse conuerti. 68-44 CIC Att 13.25.3. O Academiam uolaticam...! modo huc, modo illuc. 63-65 SEN Epist 42.5. te dixisse me uolaticum esse ac leuem. 398 AUG Serm 30.302.6. amata uita clamat: uolatica sum, et tu sequi conaris? 20.270.3. agimur et peragimur ... rapacitate uolatica, et quodam fluio rerum non consistentium.

b2 CHRIS uanus, ad res contra id quod diuinum, i. e. constans et firmum est, pertinens • vano, efímero o fugaz, aplicado a lo mundanal por oposición a lo divino, que es permanente y seguro [SIM ↗uolatilil^c DOM cogitatio, ludibrium, pompa; caducus, humanus, temporalis; fornicari] 198-204 TERT Uxor 1.4.11. temporalia et uolatica desideria formae uel aetatis. 397-401 AUG Conf 5.22.12.1. uolatica ludibria temporum. 398 AUG Serm 10.19.5. Diuitias fluxas, caducas, uolaticas. 10.155.9. uolaticam cogitationem. 40.343.9. uanae pompae et uolaticae.

c MED ad farinam satis siccā pertinuit, qua medicamenta qualia cataplasmae uel fascimenta conficiebantur, ut pellis plagae seu luxationes fomentarentur sanarentur • se aplicó a un tipo de harina bastante seca, apropiada para consolidar medicamentos sobre la piel aplicados a heridas superficiales o luxaciones [REL ↗siccus^a] 400 PS THEOD PRISC Add 1.97. ungue ad plagam ... fel et de farina uolatica parum et acetum. 📖 DUCANGE. VOLATICA farina subtilior, quae ab aeris motu jactatur.